

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

Liber quartus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

P. VIRGILII MA
RONIS AENEIDOS
Liber quartus.



T regina graui iamdudum
saucia cura,
Vulnus alit venis & te
carpitur igni.
Multa viri virtus animi
multusq; recursat
Gentis honos: haerent in
pectore vulnus,

Verbaq; : nec placidam membris dat cura quietem
Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentemq; aurora polo dimouerat vmbra:
Cum sic vnanimem alloquitur malè sana sororem:
Anna soror, qua me suspensam insomnia terrent!
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes!
Quem sese ore ferens! quam forti pectore & armis
Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum
Degeneres animos timor arguit. heu quibus ille
Lactatus fati! qua bella exhausta canebat!
Si mihi non animo fixum immotumq; sederes,
Ne cui me vinco vellem sociare iugali:
Postquam primus amor deceptam morte sefellit:
Si non pertaesum thalami tectaq; fuisset:
Huic vni forsân potui succumbere culpa.
Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi

Coniun-

Coniugis, & sparsos fraterna cade penates,
Solut hic inflexit sensus, animumq; labantem
Impulit: agnosco veteris vestigia flamma.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotēs adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi, noctemq; profundam:
Antē pudor quam te violō, aut tua iura resoluo.
Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit: ille habeat secum, seruetq; sepulcro.
Sic effata, sinum lacrymis impleuit obortis.
Anna refert: O luce magis dilecta sorori
Solāne perpetua mœrens carpere iuuenta?
Nec dulces natos, Veneris nec pramia noris?
Id cinerem, aut manes credis curare sepultos?
Esso: egram nulli quondam flexere mariti:
Non Libya, non antē Tyro despectus Iarbas,
Ductoresq; alij, quos Africa terra triumphis
Dives alit: placitōne etiam pugnabis amorī?
Nec venit in mentem quorum confederis aruis?
Hinc Getula vrbes, genus insuperabile bello,
Et Numida infreni cingunt, & inhospita Syrtis:
Hinc deserta siti regio, lateq; furentes
Barcai, quid bella Tyro surgentia dicam,
Germaniq; minas?
Dij equidem auspiciis reor, & Iunone secunda,
Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
Quam tu vrbe soror hanc cernes! quæ surgere regna
Coniugio tali! Teucrum comitantibus armis
Punica se quantis attollet gloria rebus!

Tu

Tu modò posce deos veniam: sacrūq; litatū,
 Indulge hospitio, causāq; innecte morandi:
 Dum pelago desunt hyems, & aquosus Orion:
 Quassatq; rates, & non tractabile cælum.
 His dictis incensum animum inflammavit amor:
 Spemq; dedit dubiæ menti, soluitq; pudorem.
 Principio delubra adeunt, pacemq; per aras
 Exquirunt: mactant lectas de more bidentes
 Legisera Cereri, Phœboq; patriq; Lyæo:
 Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia cura.
 Ipsa tenens dextra pateram pulcerrima Dido,
 Candentis vacca media inter cornua fundit:
 Aut ante ora deūm pingues spaciatur ad aras,
 Instauratq; diem donis, pecudumq; reclusis
 Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.
 Hæu vatum ignara mentes. quid vota furentem,
 Quid delubra iuuant? est mollis flamma medullis.
 Interea, & tacitum viuunt sub pectore vulnus.
 Vritur infelix Dido, totaq; vagatur
 Vrbe furens: qualis coniecta cerua sagitta,
 Quam procul incautam nemora inter Cresia fixit
 Pastor agens telis, liquitq; volatile ferrum
 Nescius: illa fuga syluis saltusq; peragrat
 Dictæos: hæret lateri lethalis arundo.
 Nunc media Aeneam secum per mœnia ducit:
 Sidoniasq; ostentat opes, urbemq; paratam.
 Incipit effari, mediāq; in voce resistit.
 Nunc eadem labente die conuiuia querit:
 Itacosq; iterum demens audire labores

Expositio

Exposcit, pendetq; iterum narrantis ab ore.
Post, ubi digressi, lumenq; obscura vicissim
Luna premit, suadentq; cadentia sidera somnos:
Sola domo maret vacua, stratusq; relictis
Incubat: illum absens absentem audiq; videtq;
Aut gremio Afcantium, genitorum imagine capta,
Detinet, infandum si fallere possit amorem.
Non cœpta assurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portusue aut propugnacula bello
Tuta parant pendent opera interrupta, mineq;
Murorum ingentes, aquataq; machina cœlo.
Quam simul ac tali persensit peste teneri
Cara Iouis coniunx, nec famam ob stare furori,
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis:
Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis
Tuq; puerq; tuus, magnum & memorabile nomen,
Vna dolo diuū si fœmina victa duorum est.
Nec me adeo fallit, veritam te mœnia nostra,
Suspectas habuisse domos Carthagini alta.
Sed quis erit modus? aut quò nunc certamine tãto?
Quin potius pacem æternam, pactosq; hymenæos
Exercemus? habes, tota quod mente petisti.
Ardet amans Dido, traxitq; per ossa furorem.
Communem hunc ergo populū, paribiq; regamus
Auspicijs: liceat Phrygio seruire marito,
Dotalesque tuæ Tyrios permittere dextra.
Olli (sensit enim simulata mente locutam,
Quò regnum Italia Libycas auerteret oras)
Sic contra est ingressa Venus: Quis talia demens
Abnuat?

Abnuat?

Abnuat? aut tecum malis contendere bello?
 Si modo, quod memoras, factum fortuna sequatur.
 Sed satis incerta feror, si Iuppiter vnā
 Esse velit Tyrijs urbem Troiaq; profectis,
 Misericordie probet populos, aut fœdera iungi.
 Tu coniux: tibi fas animum tentare precando.
 Perge, sequar. tum sic excepit regia Iuno:
 Mecum erit iste labor: nunc qua ratione, quod in
 Conseri possit, paucis (aduerte) docebo.
 Venatum Aeneas vnaq; miserrima Dido
 In nemus ire parant, vbi primos crastinus ortus
 Extulerit Titan, radijq; retexerit orbem.
 His ego nigrantem commista grandine nimbū,
 Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt,
 Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebi.
 Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.
 Speluncam Dido dux & Troianus eandem
 Deuenient: adero, & tua si mihi certa voluntas,
 Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.
 Hic Hymenæus erit. Non aduersa petenti
 Annuit, atq; dolis risit Cytherea repertis.
 Oceanum interea surgens aurora reliquit:
 It portis iubare exortio delecta iuuentus.
 Retia rara, plagæ, lato venabula ferro,
 Massyliq; ruunt equites, & odora canum vñ.
 Reginam thalamo cunctantem, ad limina primi
 Pœnorum expectant: ostroq; insignis & auro
 Stat sonipes, ac frenæ feræ spumantia mandat.
 Tandem progreditur magna stipante caterva,

Sidoniam picto chlamidem circumdata limbo,
 Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
 Aurea purpuream subnectit fibula vestem.
 Nec non & Phrygi comites, & latus lulus
 Incedunt. ipse ante alios pulcherrimus omnis
 Infert se socium Aeneas, atq; agmina iungit:
 Quale, ubi hybernæ Lyciam, Xanthiq; fluentæ
 Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo,
 Instauratq; choros: mistiq; altaria circum
 Cretesq; Dryopesq; fremunt, pidiq; Agathyrsi:
 Ipse ingit Cynibi graditur, molliq; fluentem
 Fronde premit crinem fingens, atq; implicat auro.
 Tela sonant humeris. Haud illo segnior ibat
 Aeneas: tantum egregio decus enitet ore.
 Postquæ altos ventum in montes, atq; inuia lustra:
 Ecce, fera saxi deiecta vertice capra
 Decurrere iugis: alia de parte, patentes
 Transmittunt cursu campos, atq; agmina cerui
 Pulverulenta fuga glomerant, mœtesq; relinquunt.
 At puer Ascanius medijs in vallibus acris
 Gaudet equo iamq; hos cursu, iam præterit illos:
 Spumantemq; dari pecora inter inertia votis
 Opiat aprum, aut fuluum descendere monte leonem.
 Interea magno misceri murmure cælum
 Incipit: insequitur convulsa grandine nimbus.
 Et Tyrii comites passim, & Troiana iuventus,
 Dardaniusq; nepos Veneris, diuersa per agros
 Testa metu petière. Ruunt de montibus amnes.
 Speluncam Dido dux & Troianus eandem

Deue-

Deueniunt : prima & Tellus, & pronuba Iuno
 Dant signum : fulsere ignes, & conscius aether
 Connubij : summoq; vlularunt vertice Nymphae
 Ille dies : primus lethi, primusq; malorum
 Causa fuit. neq; enim specie, famae mouetur,
 Nec tam furtiuum Dido meditatur amorem :
 Coniugium vocat, hoc praetexit nomine culpam.
 Extemplò Libyæ magnas it fama per vrbes :
 FAMA, malum quo non aliud velocius ullum :
 Mobilitate viget, viresq; acquirit cundo.
 Parua metu primo, mox sese attollit in auras :
 Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.
 Illam terra parens, ira irritata deorum,
 Extremam (vt perhibent) Cæo, Enceladoq; foras
 Progeniuit, pedibus celerem, & pernicibus alis :
 Monstrum horrendū, ingens : cui quot sunt corpora
 Tot vigiles oculi subter, (mirabile dictu) pluma
 Tot lingue, totidem ora sonant, tot subrigit auræ
 Nocte volat cæli medio, terræq; per vmbra,
 Stridens, nec dulci declinat lumina somno :
 Luce sedet custos, aut summi culmine testæ,
 Turribus aut altis, & magnas territat vrbes :
 Tam ficti prauiq; tenax, quam nuncia veri.
 Hac tum multiplici populos sermone replebat,
 Gaudens : & pariter facta atq; infecta canebat :
 Venisse Aeneam Troiano à sanguine cretum,
 Cui se pulcra viro dignetur iungere Dido.
 Nunc hyemem inter se luxu, quam longa, sonant
 Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos.

Hæc passim dea sæda virum diffundit in ora.
Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam,
Incenditq; animum dictis, atq; aggerat iras.
Hic Ammone satus, raptæ Garamantide nympha,
Templa Ioui centum, latæ immania regnis,
Centum aras posuit: vigilemq; sacraverat ignem,
Excubias diuim æternas: pecudumq; cruore
Pinguæ solum, & varijs florentia limina sertis.
Isq; amens animi, & rumore accensus amaro,
Dicitur ante aras, media inter numina diuim,
Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.
Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurisia pictis
Gens epulata toris, Lencum libat honorem,
Aspicit hæc? an te, genitor, cum fulmina torques,
Nequicquam horremus? caciq; in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miscent?
Femina, quæ nostris errans in finibus, urbem
Exiguam præcio posuit, cui litus arandum,
Cumq; loci leges dedimus, connubia nostra
Reppulit, ac dominum Aenean in regna recepit.
Et nunc ille Paris cum semiuirò comitatu,
Meonia mentum mitra crinemq; madentem
Subnixus, raptò potitur: nos munera templi
Quippe tuis ferimus, famamq; fouemus inanem.
Talibus orantem dictis, arasq; tenentem
Audit omnipotens: oculosq; ad mœnia tor sit
Regia, & oblitos fama melioris amantes.
Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat:
Vade, age nate, voca Zephyros: & labere pennis,

Dardaniamq; ducein (Tyria Carthagine qui
 Expectat, satisq; datas non respicit vrbes)
 Alloquere, & celereis defer mea dicta per aura
 Non illum nobis genitrix pulcerrima talem
 Promisit, Grauiumq; ideo bu vindicat armu:
 Sed fore, qui grauidam imperijs, belloq; fremens
 Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri
 Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.
 Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
 Nec super ipse sua molitur laude laborem:
 Ascensione pater Romanas inuidet arces?
 Quid struit? aut qua spe inimica in gente moratur
 Nec prolem Ausoniam, & Lauinia respicit arua
 Nantiget, hac summa est: hic nostri nuntius esto
 Dixerat. Ille patris magni parere parabat
 Imperio: & primum pedibus talaria nequit
 Aurea, quæ sublimem alis, siue aquora supra,
 Seu terram, rapido pariter tum flamine portant.
 Tum virgam capit: hac animas ille euocat Orco
 Pallentes, alias sub tristia tartara mittit:
 Dat somnos, admitq; & lumina morte resignat.
 Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
 Nubila iamq; volas apicem, & latera ardua cernit
 Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit:
 Atlantis, cinctum assidue cui nubibus atris
 Piniferum caput, & vento pulsatur, & imbri:
 Nix humeros infusa regit: tum flumina mento
 Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
 Hic primum paribus nitens Cyllenius alis

Consistit

Constitit: hinc toto præcepit se corpore ad undas
 Mistr, ani simulis, quæ circum litora, circum
 Pifcosos scopulos humilis volat, æquora iuxta.
 Haud aliter terras inter, cælumq; volabat.
 Littus arenosum Libyæ, ventosq; secabat.
 Materno veniens ab auo, Cyllenia proles.
 Vi primùm alatis tetigit magalia plantis,
 Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem
 Conspicit: atq; illi stellatus iaspide fulua
 Ensis erat: Tyrioq; ardebat murice lena
 Demissa ex humeris: diues quæ munera Dido
 Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
 Continuo inuadit: Tu nunc Carthaginis alta
 Fundamenta locas, pulcrumq; vxoris urbem
 Extrus? heu regni, rerumq; oblite tuarum.
 Ipse desum tibi me claro demittit Olympo
 Regnator, cælum & terras qui numine torquet
 Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras.
 Quid seruis? aut quæ spe Libycis teris ocia terris?
 Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
 Nec super ipse tua moliris laude laborem:
 Ascium surgentem, & spes heredis Iuli
 Respice: cui regnum Italia, Romanaq; tellus
 Debitur: tali Cyllenius ore locutus,
 Mortales visus medio sermone reliquit,
 Et procul in tenuem ex oculis euauit auram.
 At vero Aeneas aspectu obmutuit amens,
 Arrestaq; horrore coma, & vox faucibus hæsit.
 Ardet abire fuga, dulcesq; relinquere terras,

Attonitus tanto monitu, imperioq; deorum.
 (Heu quid agat? quo nunc reginam ambire sum
 Audeat assatu? quae prima exordia sumat)
 Atq; animum nunc hic celerem, nunc diuida
 In partesq; rapit varias, perq; omnia versat.
 Hac alternanti potior sententia visa est:
 Mnesthea, Sergestumq; vocat, fortemq; Cloanthum
 Classem aptent taciti, socios ad litora cogant.
 Arma parent: & quae sit rebus caussa nouanda,
 Dissimulent, sese interea quando optima Dido
 Nesciat, & tantos rumpi non speret amores,
 Tentaturum aditus, & quae molliissima fandi
 Tempora, quis rebus dexter modus, ocyus omni
 Imperio leti parent, ac iussa facessunt.
 At regina dolos (quis fallere possit amantem)
 Praesensit: motusq; excepit prima futuros,
 Omnia tutamens: eadem impia fama furenti
 Detulit, armari classem, cursumq; parari.
 Sedit inops animi, totamq; incensa per urbem
 Bacchatur: qualis commotis excita sacris
 Thyas, ubi audito stimulant Trieterica Baccho
 Orgia, nocturnusq; vocat clamore Citharon.
 Tandem his Aeneam compellat vocibus ultro:
 Dissimulare etiam sperasti perfide tantum
 Posse nefas? tacitusq; mea decedere terra?
 Nec te noster amor, nec te data dextera quondam
 Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
 Quinetiam hyberno moliris fidere classem,
 Et medijs properas Aquilonibus ire per altum,

Crudi

Crudelis. quid? si non arua aliena, domosq;
 Ignotas peteres, & Troia antiqua maneret,
 Troia per vndosum peteretur clasibus aquor?
 Mene fugi? per ego has lacrymas, dextrâq; tuâ te,
 (Quando aliud mihi iam misera nihil ipsa reliqui)
 Per connubia nostra, per inceptos hymenaeos,
 Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
 Dulce meum: miserere domus labentis, & istam
 Oro (si quis adhuc precibus locus) exue mentem.
 Te propter Libyæ gentes, Numidumq; tyranni
 Odere: insensæ Tyri: te propter eundem
 Eximius pudor, & qua sola sidera adibam,
 Famâ prior, cui me moribundam deseris hospes?
 Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.
 Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater
 Destruat? aut captam ducat Getulus Iarbas?
 Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
 Ante fugam soboles: si quis mihi parvulus aula
 Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret:
 Non equidem omnino capta, aut deserta viderer.
 Dixerat, ille Iouis monitis immota tenebat
 Lumina, & obnixus curam sub corde premebat.
 Tandem pauca refert: Ego te, qua plurima fando
 Enumerare vales, nunquam regina negabo.
 Promeritam: nec me meminisse pigebit Elise,
 Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.
 Pro re pauca loquar. nec ego hanc abscondere furto
 Speravi (ne finge) fugam: nec coniugis unquam
 Pretendi tædæ, aut hac in fœdera veni.

Me si fata meis paterentur ducere vitam
 Auspicijs, & sponte mea componere curas:
 Urbem Troianam primum, dulcesq; meorum
 Reliquias colerem, & Priami tecta alta manerem.
 Et recidua manu potuissem Pergama victi.
 Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo,
 Italiam Lycia iussere capeffere sortes.
 Hic amor, hac patria est si te Carthaginis arcu
 Phoenissam, Libycęq; aspectus detinet urbis:
 Que tandem Ausonia Teucros considerare terra
 Inuidia est? & nos fas extera querere regna.
 Me patris Anchisa, quoties humentibus umbrin
 Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
 Admonet in somnis, & turbida terret imago:
 Me puer Ascanius, capitiq; iniuria cari,
 Quem regno Hesperie fraudo & fatalibus aru.
 Nunc etiam interpres diuim Ioue missus ab ipso
 (Testor vtrumq; caput) celeres mandata per antea
 Detulit: ipse deum manifesto in lumine vidi
 Intrantem muros, vocemq; his auribus hausi.
 Desine, meq; tuus incendere, teg, querelas:
 Italiam non sponte sequor.
 Talia dicentem iamdudum auersa tuctur,
 Huc illuc voluens oculos, totumq; pererrat
 Luminibus tacitis, & sic accensa profatur:
Nec tibi diua parens, generis nec Dardanius antea
Perfide sed duris genuit re cauitibus horrens
Caucasus, Hyrcanag, admoxynt vbera tigris.
 Nā quid dissimulo? aut qua me ad maiora referre

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
 Nū lacrymas vict? dedit? aut miseratus amātē est?
 Qua quibus antefera? iam iam nec maxima luno.
 Nec Saturnius hac oculis pater aspicit aequis.
 Nys^o Quam tuta fides eiectum litore, egentem.
 Excepi. & regni demens in parte locui:
 Amissam classem, socios a morte reduxi.
 Hui Furij incensa feror, nunc augur Apollo,
 Nunc Lycie sortes, nunc & Ione missus ab ipso
 Interpres diuū fert horrida iussa per auras.
 Scilicet i superis labor est: ea cura quietos
 Sollicit et neg, te teneo, neg, dicta refello.
 I, sequere Italiam ventis, pete regna per vnda.
 Spero equidem medijs (si quid pia numina possunt)
 Supplicia hausurum scopulis, & nomine Dido
 Sepe vocaturum sequar atris ignibus absens:
 Et, cum frigida mors anima seduxerit artus,
 Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe penas.
 Audiam, & hæc manes veniet mihi fama sub imos.
 His medium dictu sermonem abrumpit, & auras
 Aegra fugit: seg, ex oculis auertit & aufert,
 Inquens multa metu cunctantē, & multa parantē
 Dicere, suscipiunt famula, collapsaq, membra
 Marmoreo referunt thalamo, stratisq, reponunt.
 At pius Aeneas, quanquam lenire dolentem
 Solando cupit, & dictu auertere curas,
 Multa gemens, magnosq, animū labefactus amores
 Iussa tamen diuinū exequitur, classemq, reuulsit.
 Tum verò Tencri incumbunt, & litore celsas

Deducunt toto naues: natat vincta carina:
 Frondentesq; ferunt remos, & robora syluis
 Infabricata, fuga studio.
 Migrantes cernas, totaq; ex vrbe ruentes.
 Ao veluti ingentem formica farris aceruum
 Cum populant, hyemis memores, testq; reponit
 It nigrum campis agmen, praedamq; per herbas
 Conuectant calle angusto: pars grandia trudent
 Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt,
 Castigantq; moras: opere omnis semita feruet.
 Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus?
 Quosue dabis gemitus, cum littora feruere late
 Prospiceres arce ex summa, totumq; videres
 Miseri ante oculos tantis clamoribus equor?
 IMPROBE amor, quid non mortalia pectora
 Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando
 Cogitur, & supplex animos submittere amor:
 Ne quid inexpertum, frustra moritura, relinquit
 Anna, vides toto properari litore circum,
 Vndiq; conuenere: vocat iam carbasus auras:
 Puppibus & lati nautæ imposuere coronas.
 Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
 Et perferre soror, potero: misera hoc tamen vnum
 Exequere Anna mihi, solam nam perfidus ille
 Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus:
 Sola viri molleis aditus, & tempora noras.
 I soror, atq; hostem supplex affare superbum.
 Non ego cum Danaû Troianam excindere gente
 Aulide iuravi, classemue ad Pergamam misi:

Nec patris Anchisæ cineres, manesue reuelli.
Cur mea dicta negat duras demittere in aures?
Quid ruit? extremum hoc misera det munus amati:
Expectet facilemque fugam, ventosque ferentes.
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro:
Nec pulcro ut Latio careat, regnumque relinquat.
Tempus inane peto, requiem spaciumque furori,
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro veniam: (miserere sororis)
Quam mihi cum dederis, cumulatam morte relinqua.
Talibus orabat, talesque miserrima fletus
Fertque refertque soror, sed nullis ille mouetur
Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit.
Fata obstant: placidasque viri deus obstruit aures.
Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Borea nunc hinc nunc flatibus illinc
Eruiere inter se certant: ita stridor, & alio
Conferunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit:
Haud secus assiduus hinc atque hinc vocibus heros
Tunditur, & magno persentit pectore curas.
Mens immota manet: lacrymæ voluuntur inanes.
Tum verò infelix fati exterrita Dido
Mortem orat: tædet cæli conuexa tueri.
Quò magis inceptum peragat, lucemque relinquat:
Vidit, thuricremis cum dona imponeret aris,
(Horrendum dictu) latites nigrescere sacros,
Fusaque in obscenum se vertere vna cruorem.

Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.
 Præterea, fuit in tectis de marmore templum
 Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
 Velleribus vineis, & festa fronde reuinctum.
 Hinc exaudiri voces, & verba vocantis
 Visa viri, nox cum terras obscura teneret:
 Solatq; culminibus ferali carmine bubo
 Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.
 Multaq; præterea vatum prædicta priorum
 Terribili monitu horrificant. agit ipse furentem
 In somnis ferus Aeneas: semperq; relinqui
 Sola sibi, semper longam incomitata videtur
 Ire viam, & Tyrios desertâ querere terra.
 Eumenidum veluti demens videt agmina Pæthæ,
 Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas,
 Aut Agamemnonius scænis agitatæ Orestes,
 Armatam facibus matrem & serpentibus atria
 Cum fugit, vlticesq; sedent in limine Diræ.
 Ergo, vbi concepit furias, euicta dolore,
 Decreuitq; mori: tempus secum ipsa, modumq;
 Exigit: & mæstam dictis aggressa sororem,
 Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat.
 Inueni germana viam (gratæ sorori)
 Quæ mihi reddat eum, vel eo me soluat amantem.
 Oceani sinem iuxta, solemq; cadentem,
 Vltimus Aethiopum locus est: vbi maximus Atlas
 Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum.
 Hinc mihi Massyla gentis monstrata sacerdos,
 Hesperidum templi custos: epulasq; draconi

Quae dabit, & sacros seruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, soporiferumq; papauer.
Hac se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit: ast alijs duras immittere curas:
Sistere aquam fluuijs, & vortere sidera retro.
Nocturnosq; ciet manes: mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.
Testor cara deos, & te germana, tuumq;
Dulce caput, magicas uiuat am accingier arteis.
Tu feceris pyram tecto interiore sub auras
Erige: & arma viri, thalamo quae fixa reliquit
Impius, exuiasq; oumeis, lectumq; iugalem,
Quo perijs, superimponas, abolere nefandi.
Cuncta viri monumenta iubet, monstratq; sacerdos.
Hac effata silet: pallor simul occupat ora.
Non tamen Anna nouis praeexere funera sacris
Germanam credit, nec tantos mente furores
Concipit, aut grauiora timet quam morte Sichaei.
Ergo iussa parat.
At regina, pyra penetrati in sede sub auras
Erecta, ingenti, tectis, atq; ilice secta,
Intenditq; locum fertis, & fronde coronat
Funerea: super exuias, ensiq; relictum,
Effigiemq; toro locat, haud ignara futuri.
Stant ara circum: & crines effusa sacerdos
Tercium tonat ore deos, Erebumq; Chaosq;
Ter geminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianae.
Spargerat & latices simulatos fontis Auernei,
Falcibus & messe ad lunam quoruntur ahenis.

Puben-

Pubentes herba, nigri cum lacte veneni.
 Queritur & nascentis equi de fronte renulsus,
 Et matri preceptus amor.
 Ipsa mola, manibusq; pijs altaria iuxta,
 Vnum exuta pedem vinculis, in veste recincta,
 Testatur moritura deos, & conscia fari
 Sidera: tum, si quod non aquo sedere ianites
 Cura numen habet, instumq; memorg; precatur.
 Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
 Corpora per terras, sylvaq; & seua quierant
 Aequora: cum medio voluuntur sidera lapsu,
 Cum tacet omnis ager, pecudes, pictaq; volucres,
 Quaq; lacus late liquidos, quaq; aspera dumis
 Rura tenent, somno posita sub nocte silenti
 Lenibant curas, & corda oblita laborum.
 At non infelix animi Phœnissa, nec vquam
 Soluitur in somnos, oculisue aut pectore noctem
 Accipit, ingeminant curæ: rursusq; resurgens
 Seuit amor, magnog; irarum fluctuat aestu.
 Sic aded insistit, secumq; ita corde volutat:
 En quid agam? rursusue procos irrita priores
 Experiar? Numidumq; petam connubia supplex,
 Quos ego sum toties iam dedignata maritos?
 Iliacas igitur classes, atq; vltima Teucrum
 Iussa sequar? quiâne auxilio iuuat antè leuatos?
 Et bene apud memores veteris stat gratia facti?
 Quis me autem (sic velle) sinet? rarbuzq; superba
 Irrisam accipiet? nesci, heu, perditâ, nec dum
 Laomedontæ sentis periuria gentis?

Quid

Quid tum? sola fugam autas comitabor ouenteis?
 An Tyrys, omniq; manu stipata meorum
 Insequar? & quos Sidonia vix vrbe reuelli,
 Rursus agam pelago, & ventis dare vela iubebō?
 Quin morere, vt marita es, ferroq; auerte dolorem.
 Tu lacrymis euicta meū, tu prima furentem
 Huius Germana malis oneras, atq; obijcis hosti.
 Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
 Degere, more fera? tales nec tangere curas?
 Non seruata fides cineri promissa Sichæo.
 Tantos illa suo rumpebat pectore questus.
 Aeneas, celsa in puppi, iam certus eundi,
 Carpebat somnos, rebus iam ritè paratis.
 Huic se forma Dei vultu redeuntis eodem
 Obtulit in somnis, rursusq; ita visa monere est:
 (Omnia Mercurio similis, vocemq; coloremq;
 Et crines flauos, & membra decora iuuentis)
 Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
 Nec, quæ circumstent te deinde pericula, cernis,
 Demens? nec Zephyros audis spirare secundos?
 Illa dolos, dirumq; nefas in pectore versat,
 Certamori, varioq; irarum fluctuat aestu.
 Non fugis hinc præceps, dum præcipitare potestas?
 Iam mare turbare trabibus, scænasq; videbis
 Collucere faces, iam feruere littora flammis.
 Sit tibi huius attigerit terris aurora morantem.
 Eia age, tūpe moras. VARIUM & mutabile sem-
per femina, sic fatus, nocti se immiscuit atræ. (PET)
 Tum vero Aeneas, subitis exterritus umbris,

Corripit

Corripit è somno corpus, sociosq; fatigat:
 Precipites vigilare viri, & confidite transire:
 Soluite vela citi. Deus aethere missus ab alto,
 Festinare fugam, tortosq; incidere funes,
 Ecce iterum stimulat. sequimur te sancte, deorum
 Quisquis es, imperioq; iterum paremus ouante.
 Adsis ô placidusq; iuues. & sidera caelo
 Dextra feras. dixit, vaginaq; eripit ensen
 Fulmineum, strictoq; ferit retinacula ferro.
 Idem omnes simul ardor habet: rapiuntq; ruuntq;
 Littora deseruere: latet sub classibus aquor.
 Amixi torquent spumas, & coerulea verrunt.
 Et iam prima nouo spargebat lumine terras
 Tithoni croceum linquens aurora cubile.
 Regina è speculis vt primum albescere lucem
 Vidit, & equatis classem procedere velis,
 Littorag; & vacuos sensit sine remige portus:
 Terg; quaterq; manu pectus percussa decorum,
 Flauenteisq; abscissa comas: proh Iuppiter, ibi
 Hic, ait, & nostris illuserit aduena regnus?
 Non arma expedient? totaq; ex vrbe sequentur
 Diripientq; rates alij naualibus? ite,
 Ferte citi flammis, date vela, impellite remos.
 Quid loquor? aut vbi sum? quæ mentè insania mihi
 Infelix Dido, nunc te fata impia tangunt. (ait)
 Tum decuit, cum sceptrâ dabas: en dextra fidesq;
 Quem secum patrios aiunt portare penates:
 Quem subisse humeris confectum arate parentem.
 Non potui abreptum duellere corpus, & vnda
 Spargenti

Spargere? non socios? non ipsum absumere ferro
 Ascium? patriſq; epulandum apponere menſis?
 Verum auceps pugnae fuerat fortuna, fuisset:

Quem metui moritura? faces in castra tulſſem,
 Impleſſemq; ſoros flammis: natumq; patremq;
 Cum genere extinxi: memet ſuper ipſa dediſſem.

Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras,
 Tuq; harum interpres cararum, & conſcia Iano,
 Nocturniſq; Hecate triuijs vlulata per vrbes,

Et Dira vltrices, & dii morientis Eliſe,
 Accipite hec: meritumq; malis auertite numen:

Et noſtras audite preces ſi tangere portus
 Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt:

Et ſi fata Iouis poſcunt, hic terminus heret:
 At bello audacis populi vexatus & armis,

Emibus extorris, complexu auulſus Iuli,
 Auxilium imploret, videatq; indigna ſuorum

Tumera: nec, cum ſe ſub leges pacis iniqua
 Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur:

Sed cadat ante diem, mediq; inhumatus arenæ.

Hæc precor: hæc vocem extremã cū ſanguine fudo.

Tum vos ô Tyrſi ſtirpem, & genus omne faturum

Exercete odijs: cineriq; hæc mittite noſtro

Munera: nullus amor populis, nec ſœdera ſunt.

Exoriare aliquis noſtris ex oſibus ultor,

Qui face Dardanioſ ferroq; ſequare colonos,

Nunc, olim, quocunq; dabunt ſe tempore vires.

Tutiora ^{ſuorum} lictoribus contraria, fluctibus vndaſ

Imprecor, arma armis pugnent, ipſiq; nepotes.

Hæc

Hæc ait: & partes animum versabat in omnia
 Inuisam quarens quamprimum abrumpere lucem
 Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichei
 (Namq; suam patria antiqua cinis ater habebat)
 Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem:
 Dic corpus properet fluminali spargere lymphæ,
 Et pecudes secum, & monstrata piacula ducat:
 Sic veniat, tuq; ipsa pia tege tempora vitæ.
 Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta parant,
 Perficere est animus, sinemq; imponere curæ:
 Dardanijq; rogam capitis permittere flammæ.
 Sic ait. illa gradum studio celerabat anili.
 At trepida, & cæptis immanibus effera Dido,
 Sanguineam voluens aciem, maculisq; trementi
 Intersusa genas, & pallida morte futura,
 Interiora domus irrumpit limina, & altos
 Conscendit furibunda rogos, ensemq; recludit
 Dardanum, non hos questum munus in usus.
 Hic, postquam Iliacas vestes, notumq; cubile
 Conspexit, paulum lacrymâ & mente morata
 Incubuitq; toro, dixitq; nouissima verba:
 Dulces exunia, dum fata, deusq; sinebant,
Accipite hanc animam, meq; hu exoluite curæ.
Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
 Urbem præclaram statui: mea mœnia vidi:
 Ultra virum, pœnas inimico à fratre recepi.
 Felix, heu nimium felix, si litora tantum
 Nunquam Dardania tetigissent nostra carina.

Dixit: & os impressa toro, moriemur inulta?
 Sed moriamur, ait: sic sic iuuat ire sub umbras.
 Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
 Dardanius, & nostra secum ferat omnia mortis.
 Dixerat: atq; illam media inter talia ferro
 Collapsam aspiciunt comites, ensemq; cruore
 Spumantem, sparsasq; manus. it clamor ad alta
 Atria: concussam lacchatur fama per urbem. *Metaph. ab echina*
 Lamentis, gemituq; & fœmineo ululatu
 Testa fremunt: resonat magnis plangoribus aether.
 Non aliter, quàm si immisissis ruat hostibus omnis
 Carthago, aut antiqua Tyros: flammaq; furentes.
 Culmina perq; hominum voluantur, perq; deorum.
 Audijt exanimis, trepidoq; exterrita cursu,
 Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis.
 Per medios ruit, ac morientem nomine clamat:
 Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
 Hoc rogius iste mihi, hoc ignes ara; parabant?
 Quod primum deserta querar? comitemne sororem
 Spreuisti moriens? eadem me ad fata vocasses:
 Idem ambas ferro dolor atq; eadem hora tulisses.
 His etiam struxi manibus, patriosq; vocaui
 Voce deos, sic te vt posita crudelis abessem?
 Exinxti te, meq; soror, populumq; patresq;
 Sidonios, urbemq; tuam. date, vulnera lymphis
 Abluam, & extremus si quis super halitus errat,
 Ore legam. Sic fata, gradus euaserat altos:
 Semianimemq; sinu germanam amplexa fouebat,
 Cum gemitu, atq; atros siccabat veste cruores.

Illa graues oculos conata attollere, rursus
 Deficit: infixum stridet sub pectore vulnus.
 Ter sese attollens, cubitoq; innixa, leuauit:
 Ter reuoluta toro est, oculisq; errantibus alto
 Quaesuit caelo lucem, ingemuitq; reperta.
 Tum Iuno omnipotens, longum miserata dolus
 Difficilesq; obitus, Inim demisit Olympo,
 Quae luctantem animam, nexosq; resolveret.
 Nam, quia nec fato, merita nec morte peribat,
 Sed misera ante diem, subitoq; accensa furor,
 Nondum illi flauum Proserpina vertice crimen
 Abfulerat, Stygioq; caput damnauerat Orco.
 Ergo Iris croceis per caelum roscida pennis,
 Mille trahens varios aduerso sole colores,
 Deuolat, & supra caput astitit: Hunc ego Diva
 Sacrum iussa fero, teq; isto corpore soluo.
 Sic ait, & dextra crinem secat: omnia & una
 Dilapsus calor, atq; in ventos vita recessit.



